



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

An contra reuerentiam debitam loco sacro sit, illuc confugientes vi
extrahere. punct. 5

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

reflexa subitorum, sed solum quid conuenient sit ibidem fieri, declaratur. Cessent, inquit, confabulationes, cessent turpias, cessent negotiaciones, cessent parlementa, qui modus dicendi non videant praeceptum concinere. Quod si statim in §. ordinarij subiungitur, ut ordinarij fraudanda fraudantur, & interdicta compescant, quæ videntur iam supponi ibidem aliquia interdicta, siquidem mandat ordinarius, ut ad eum obseruationem compescant. Respondebat portet interdicta esse, non præcepto, sed directione, sicut in religiis contingit plura esse religiosis interdicta ex regula, non ex præcepto. Deinde, & efficacius, si omnia illa, quæ in supradicto cap. interdicuntur, ex lege obligare effent interdicta, sequeretur obligatum esse consenserit circumstans loci faciem, qui verba turpia, fœda, & alia similia habet. consequens autem non admittetur communiter: solum enim ea que polluant Ecclesiam in materia luxuriarum, habent circumstantiam sacrilegij necessarij contendantur, ut dictum est p. 2. Ego.

2. Nihilominus probabilis censio quæ ibi interdicuntur, esse sub præcepto interdicta. Quia textus præcipit ordinariis, ut subditos compescant authoritate illius Canonis ad illa viranda, si autem illius Canon viam coactum non habent, non possint ordinarii authoritate illius subditos per censorias compescere. Que ratio apud me est fatis efficax, & ita tenet cum glossa in supradicto cap. Suar. t. 1. de relig. lib. 3. cap. 6. num. 3. Neque oblitus contrarium fundamentum. Nam licet non sint verba præcepta in actu signata, sunt tamen in actu exercito; siquidem verbo imperativo prohibentur. Ad confirmationem dicimus non omnia que illo cap. prohibentur sub gravi peccato prohiberi, sed aliqua sub veniali, quia materia leviter ludit sanctitatem loci facti. Quæ autem hæc sint iam explicabo.

3. Primum enim prohibentur ibi scelus, conlacionis, & impensis. Inquit enim textus. *Nullus in loco eiusdem, in quibus cum pace, ac quiete vota conuenit celebrare, seditionem excitat, tumultum moveat, imperium ve commisiat.* Hæc ergo, si de propria seditione, & ei adjunctis intelligatur, non est dubium esse morale, quia si sedition facta extra Ecclesiam hanc continet gravitatem, postea in Ecclesia, hanc, & faciliter gravitatem habebit. Tum quia supradictus textus est prohibita. Tum quia grava scandalorum generat, graveraque officia diuina perturbat, & ita docet Suar. lib. 3. cap. 6. num. 4. Verum si nomine *conclarationis, & imperii* tristitia, choreas, & representations intelligas, cum Nauarr. cap. 5. de orat. à num. 25. Videndum est an si in hoc scelus, scandalos, & diuina officia graviter perturbantes, quia tunc peccatum mortale erit ob has circumstancias, ut probat etiam textus in cap. cum decr. de vita, & honestate clericorum. Secus vero, si honestas, & pietas finit; quia tunc non prohibentur, ut ex supradicto cap. cum decr. conlatus, & tradit glossa, & Panormit. ibi Nauarr. & Suar. supra. Secundo prohibentur vineficiatum & societatum quarumlibet concilia, conlociones, & publica parlamenta. Subintelligendum est de sebus politicis, & profanis: nam concilia de his, quæ ad pacem, & pietatem spectant, non intelliguntur ibidem prohibita; sic Ioann. And. & Panormit. ibidem, & tradit Nauarr. dicto cap. 5. num. 32. & 37. in fine. Suar. cap. 4. num. 1. 6. & cap. 6. num. 5. Quod si concilia sine puro politica, & propter aliquam commoditatem ibi celebrantur, peccata mortalia non erunt, sceluso scandalo, contempno, violencia, & gravi perturbatione diuino officiorum, Suar. cap. 6. numero quinto.

Tertio, prohibentur vanæ, & multò fortius fœda, & profana colloquia, & confabulationes qualibet; hæc, inquam, ob humi modi prohibitionem sacrilegum continent, si in se peccata mortalia sint; quia ob reuerentiam loci faci specialiter prohibentur. Confabulationes honestas, si extra tempus diuinorum officiorum habeantur, non credo ibidem prohiberi; alia dicendum est, peccata venialiter eos qui extra tempus diuinorum officiorum ex Ecclesiis de rebus honestis colloquuntur, quod nimis durum est. Quapropter Suar. dicto cap. 6. affirmat ibi prohiberi solum colloqui oculos, vel alia mala, alibi, & quæ diuinorum celebrationem pervertent.

Quarto, prohibentur negotiaciones, & præcipue nundinaria, quibus verbis fatis conlata prohibitos esse quolibet contractis emptionis, & venditionis rūm politivis resipientes. Non tam credo semper gravem culpan ibi interuenire, sed quando adeat negotiatio, hoc est expostio ad plures contradicendum, vociferatio, contractatione, & tumultus quia haec turbat officia diuina, & fraudibus est exposita, & Ecclesiam Dei molitus profanat; quod fatis constat ex exemplo Christi videntes in tempore graviter reprehendit. Ex his infertur quid dicendum sit de vendentibus candelas, & alia pietatis fidei in inferuientia? Credo si in templo vendantur permanenter, & quæ apponita mensa non excusari à peccato, & tradit Nauarr. cap. 5. de orat. num. 36. elto contra teneat Antonin. Caet. Sylvest. & alii relati ab eodem Nauarr. ibi: quorum opinionem ipse approbat, si à clericis vel religiosis vendantur eo sine præcepto, ut empores satisfaciant luce pte devotionis, quæ non videat firmæ excusationis ratio; efficacior erat, si quali per translatum ibi vendantur. At si in cæmerio, vel ad portam templi, sine strepitu verborum, & contentione preti, horum

venditio celebreetur, credo licere: tum ob consuetudinem; tum quia ecclesia ratio prohibitionis, quæ est diuinorum perturbatio, & loci facti profanatio, Nauarr. *sopra*, Suar. 3. t. de Euchar. disp. 8. sect. 8. vers. secundo, Fagund. 2. p. de precept. lib. 4. cap. 4. num. 10. An vero horum venditio grava sit peccatum ex perturbatione diuinorum officiorum, & ex modo vendendi delumentum est. Existimmo namque quiores Ecclesia per se, & ex instituto ad venditionem eliguntur, grava peccatum esse, quia inde certissimum est domum Dei fieri domum negotiationis; & ex scandalo si adit, delumentum est, ut diximus.

Quinque, prohibetur fori cuiuscunq; tumultus: Sub quibus verbis aliqui existimant comprehendendi: quamlibet agitationem causatum iudicium, sed immerito; quia id in sequentibus verbis prohibetur, cum dicitur: *Omnis in eis, scilicet Ecclesiis, & cæmeteris, secularium in diuorum officiis conquisatur.* Quapropter illa verba explicant, & extendunt antecedentia & prohibuerat enim omnem negotiationem, præcipue nundinaria, & subdit ac fori cuiuscunq; tumultum, quæ diceret, cestum, qui in foto contrahendo interuenient solet. Quare omnis contractus emptionis, & venditionis illis verbis prohibetur, Nauarr. cap. 5. de orat. num. 4.

Sed dubium est, an contractus, si ab Ecclesiastis celebrantur, sit prohibiti. Videntur quidem esse. Tum quia prohibetur fori cuiuscunq; tumultus. Ergo tam tumultus ab Ecclesiastico, quam à laicis factus. Tum quia Ecclesiastici artius obligantur, quam sacrales templis exhibere reverentiam. Hærationes meo iudicio concinunt debere Ecclesiasticos in his locis cessare à contractibus profanis. At si contractus de rebus Ecclesiasticis sint, credo non obligari ob ius abstinentie, nisi quantum diuinis officiis possunt impedimenta. Si enim prolatione sententia Ecclesiastica in supradicto cap. non prohibetur, neque contractus Ecclesiastici prohiberi debent, Nauarr. cap. 5. de orat. num. 37. Vnum tamen est omnino certum, contractus in Ecclesiis celebratos sive ab Ecclesiasticis, sive à laicis validos esse; quia in supradicto cap. decet, solum processus, & lenitudo secularium iudicium irritant, contractus vero nulla fit irritatio, tamen prohibentur: ita tenet glosa communiter recepta in dicto cap. decet, verbo processus, Panormit. num. 6. & 7. Sylvest. Verbo immunitas i. num. 3. & 4. Nauarr. cap. 5. de orat. num. 37. Suar. t. 1. lib. 3. cap. 4. num. 18. Sexto in cap. reliqui, de custodia Eucharistie. Ob reuerentiam loci facti debitum prohibetur, ne in Ecclesiis admirantur suppeditellis, tam clericorum, quam secularium custodienda, nisi propter horticos incuriosi, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes, ad eas opereat habere refugium. Cite quam prohibitionem aduerterit bene Suar. cap. 6. in princ. de sola Ecclesia rigorose sumptu inteligi debere, non de sacrificia, aut aliis locis annexis. Secundum, aduertat regulatior non esse hæc peccata mortalia, nisi excessus tantus fuerit, ut notabiliter impediatur Ecclesia, vel fedocetur, aut contemni videatur, quod fatis colligunt ex principio textus, ubi inquit Innocent. III. Relegui nolamus incorrigendum, quod quidam clerici Ecclesiis sic exponant suppeditibus propriis, & etiam alienis, ut potius domus laicæ, quam Dei basiliæ & videantur.

P V N C T V M V.

An contra reuerentiam debitam loco sacro sit illuc confugientes vi extrahere?

1. Iure canonico, & ciuii grauissima irreuerentia sit his locis, sed illuc confugientes, ne securi existant, vi aut fraude extrahantur.
2. Iure naturali, aut diuino non est firmata hæc immunitas.
3. Latè hæc immunitas locis sacris concessa explicanda est.
4. Interpretatio facienda est iuxta ius canonicum.
5. Constatudine tolli, vel diminui potest hæc immunitas.
6. Debet tamen esse legitime prescripta post concilium, & constitutionem Greg.

R Egula est iure canonico, & ciuii stabilita, & ab omnibus recepta, grauissimam irreuerentiam fieri locis sacris, si illuc confugientes, vt securi existant, vi aut fraude extrahantur. Ex iure canonico textus est expressus in cap. inter alia, de immunitate Ecclesiæ: ibi, si liber, quantumcumque grauia maleficia perpetraverit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus. Idem probatur ex cap. frater, cap. minor, cap. reum, cap. definiens, cap. id constitutum, & alio 17. q. 4. & nouissime à Trident confirmata est cap. 20. sect. 2. & à Gregor. XI. V. in sua constitutione, quæ incipit, cum alias nonnulli predecessores nobis; edita 28. Maii anno 1591. quanquam ad verbum referit Bonac. disp. 3. de primo deca. præcepto, q. 7. in princ. ubi tota haec materiam immunitatis lacrimis expeditum, & licet Ioann. Guiter. præct. quæst. eiusdem lib. 3. q. 1. num. 36. fortius contendit supradictam constitutionem non habere vim nisi in illis locis, & provinciis, in quibus aliqua privilegia immunitatem Ecclesiasticam

De decimis, primitiis, & oblationibus.

stisticam derogantia concessa erant, ut videatur colligi ex principio constitutionis, nullo modo est audiendus. Tum quia est contra communem sententiam Doctorum post dictam constitutionem scribentium, qui omnes generaliter illam explicant, & in omni loco obligate assentant. Tum quia eius sententia obstans manifestis verbis supradictae constitutionis. Inquit enim Pontifex, se vellet, quando presentes semper omnia calamitas, & nimia peruerorum hominum malitia expostis aliquid permittire circa immunitatem Ecclesiarum, ultra id quod a sacris canonibus est prescriptum; & ita notavit Farinac. in append. de immunit. Ecclesiast. cap. 2. num. 8. Ex iure ciuii confit ex toto tract. Cod. de b. qui ad Ecclesias confugium, specialiter leg. 2. ibi sancimus nemini lieere ad factofactas Ecclesias confugientes abducere. Ratio huius concessionis est. Tum vt fideles maiorem respectum in locos facios concipiunt, majorique cum reuerentia ibi assentant. Neque inde sit, vt aliqui haeretici contendunt, Ecclesiastis hoc privilegio fieri Ispeluncam latronum. Tum quia ibi delinquentes non defendi. Tum quia sua defensione non fuerit delicta, sed misericordiam delinquentiam concedit. Tum ob alias rationes, quas eruditè congredit Decian. tract. crimin. lib. 6. n. 2. prescriptum num. 7. Et Conf. 80. num. 12. Et 13. lib. 3. Ioann. Gutierr. tract. quæst. ciuiil. lib. 3. q. 5. num. 9. Anaf. Germ. de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. num. 15. Et seqq.

2. Dixi hanc reuerentiam & immunitatem iure canonicis, & ciuiili stabilitatam esse, vt tacite & immunitatem iure naturali, aut diuino non esse firmatam, sic Conat. lib. 2. var. resolut. cap. 20. num. 1. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 25. num. 2. Suar. t. 1. de relig. lib. 3. cap. 8. num. 9. Alexand. Ambrosius de immunit. cap. 1. num. 3. Bonac. diff. 3. de primo decal. prescriptio quæst. 7. 5. 1. n. 2. Ludouic. Peguer. in tract. crimin. cap. 26. num. 1. Bouad. Polina. lib. 1. cap. 14. a. num. 3. Prior pars, scilicet iure naturali hanc immunitatem non habeti, constat. Tum quia ius naturale dictat delinquentem puniendum esse, & non tamen dictat ad templum confugientem inde extrahendum non esse. Nam si hoc dictaret, in omnibus delictis æquè procederer, neque possit Ecclesiastis unum delinquentem defendere, alio non defenso. Tum quia actio extrahendi delinquentes ab Ecclesiastis, ita vt punitione debita subiciantur ex se iusta est, cum ad iustum finem ordinetur, & necessaria, cum abesse illa punitione debita obiciari non possit. Ergo ex se non credit in contemptum loci sacri. Ergo feculsi iure positivo ex iure naturali, debita non est hæc immunitas delinquentum. Secunda pars etiam confit. Tum quia in lege grata nullum habetur præceptum positivum præter ea, quæ ad faciamentorum administrationem, & receptionem pertinent. Tum quia hæc immunitas pro varietate temporum varias recipit mutations; quos enim delinquentes uno tempore Ecclesiastis defendi, alio tempore puniendos tradit. Ergo signum est iure divino stabilitatem non esse. Neque obstat templo veteris legis hanc immunitatem esse à Deo concessam. Nam (præterquam quod hoc sub lite est) priuilegium illi templo concessum ad nostra templorum non extenditur; cum illo enim templo sicutum fuit. Neque etiam obstat dici in Trident. sess. 25. esp. 20. Ecclesiastis & personam Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonis functionibus esse constitutam: quia verbum illud Dei ordinatione non indicat legem à solo Deo manamat, sed indicat Dei infinitam, & voluntate factam esse.

3. Sed inquires primò: An hæc immunitas latè interpretanda sit? Couar. lib. 2. cap. 20. num. 4. vers. secundum, in fine. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 25. num. 14. Et c. 28. num. 6. in fine. Et c. 29. n. 1. existimant stricte interpretandam esse. Tum quia derogat ius commune, imò & naturale quo cauetur delicta non debere maneneri impunita. Tum quia hac immunitatem fieri, audacieores redduntur improbi ad crimina committenda. Tum quia Ecclesiastis non scleritas fauere intendit, sed misericordia, & casu delinquentibus misericordiam concedere. Nihilominus retinenda est communis sententia affirmans hanc immunitatem delinquentibus concessam latè esse explicandam. Tum quia est causa pia, & favorabilis Ecclesiastis. Tum quia est priuilegium per modum legis in iure communis infirmorum, quod latram recipit interpretationem. Tum quia verni in particulari praedita: sic Alexander. Ambro. de immunit. Eccles. cap. 10. num. 7. vers. aceriam, Marc. Anton. Henuens tract. Archiepiscop. cap. 22. num. 2. in fine. Marian. Italia. de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 2. § vñco, num. 1. Farinac. in append. immunit. cap. 2. num. 21. Decian. fibi contrarius Conf. 10. num. 19. Et 22. lib. 3.

4. Inquires secundò: An interpretatio facienda sit iuxta ius ciuile, vel canonicas, quando non reperiuntur hæc iura contradictionis? Non desunt Doctores, qui affirmant extra loca Ecclesiastis in terris imperij ius ciuile attendendum esse: sic Addition. ad Angel. de maleficiis. verbo quod forma publica num. 5. 9. lit. B Alçiat. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 33. num. 5. & alii relativi ad Decianum, conf. 80. num. 3. lib. 3. Moueri possunt quia in pluribus decretis Pontificis præcepit cap. inter alia de immunit. Ecclesiastis. Et cap. id confitimus 17. quæst. 4. leges ciuiles de immunitate Ecclesiastis loquentes approbantur. Ergo saltem approbadæ sunt pro terris imperij, & pro iudicibus secularibus authoritatem iudicandi ab alio, quam à Pontifice recipien-

ribus. Dicendum tamen est vblibet ius canonicum feruandum esse. Tum quia hæc est materia Ecclesiastica, in qua ius ciuile nullam iurisdictionem habet, nisi ad fowendam dispositionem iuris canonici. Tum quia Ecclesiastis semper sunt exempla à iurisdictione Principis secularis, & Pontificis legibus subiecta. Tum quia iudex Ecclesiasticus compellere potest seculares iudices, vt leges canonicas suum forum recipientes seruent. cap. 2. de foro competent. in 6. Et cap. deuenimus de sentent. & communicat. eodem lib. Et in clement. 1. de j. p. remiss. & ita tradit. Decina. tract. crimin. l. 6. c. 25. num. 6. Alexand. conf. 145. num. 2. Et num. 20. l. 7. Ludouic. Peguer. tract. crimin. cap. 26. num. 6. Farinac. in append. de immunit. cap. 2. num. 28. Et num. 31. Et de carceribus, & carcerariis, quæst. 28. Et 6. Aduertit bene cum Deciano nuper relato, si dubium aliquod subiorum super interpretationem iuris canonici, illam interpretationem sequendam esse, que cum iure ciuii conueniat, & merito, quia iure ciuii conuenire decent, iuriisque correcio quod fieri possit vitanda. Hac tamen declaratio, & interpretatione à iudice Ecclesiastico, non sacerulari facienda est, quia materia est Ecclesiastica, Farinac. supra.

5. Inquires tertio: An hæc immunitas loci facti confundenda tolli, vel diminui possit. Conflat ex dictis de confundende diminuenda, tollique posse, si confundendo legitime præcipiat, habeatque omnes qualitates requiras in cap. svnd. de Confusione, quætraht. de legib. latè explicamus. Quia autem positivo, & non diuino, nec naturali introducta est. Sed an de facto diminuta sit? Plures Doctores affirmant. At bas in cap. inter alia de immunit. Eccles. num. 13. ante finem. vers. 6. ista fuit verissima. Oldradus conf. 5. 4. num. 2. Couar. lib. 2. var. cap. 20. per totum, præcipuum num. 5. Et probant, quia pluribus locis confundendae recte simplices fore immunitate Ecclesiastica non gaudent, neque fecuros existere, si ad Ecclesiastis, vel eius cemeterium non configuant, etiam si intra 30. passus existant.

6. Dicendum ergo est omnes confundendae ante concilium Tridentinum, & constitutionem Gregorij statutas aduersas immunitatem Ecclesiasticam, sublatis omnib[us] esse per concilium. dicta sess. 25. cap. 20. Et supradictam constitutionem Gregorij ex ipso textu confit. & tradit. Franciscus Leo in thesauris fori Ecclesiast. 1. p. cap. 13. num. 27. Et 28. Alexand. Ambrol. de immunit. Eccles. cap. 1. num. 11. Et 12. Marian. Italia. in trad. de immunit. lib. 1. cap. 6. in prime pluribus firmas, Farinac. in appendice de immunit. cap. 2. num. 5. Et de carcer. & carcerariis, quæst. 28. num. 74. Quapropter videndum est, an post dictam constitutionem Gregorij & Trident. aliqua confundendo legitime stabilitate sit, alia ius commune non derogabit. Item non est præsumendum confundendo, cum sit quid facti, nisi legitimè probetur: neque credendum est Doctoribus de confundendae testantibus extra locum ubi versati sunt. Farinac. dicto cap. 2. num. 18. Et pluribus relat. quæst. 28. num. 18.

P V N C T V M V L.

Quibus locis sacris hæc reuerentia immunitatis debeatur.

1. Ecclesiastis autoritate Episcopi erexit debetur.
2. Non est necesse in eis sanctissimum Eucharistis sacramentum permanenter esse.
3. Neque item est necesse diuina celebrari.
4. Extenditur hæc immunitas ad Ecclesiastis nondum perfecitam sru. das.
5. Item extenditur ad Ecclesiastis interdictam.
6. Item ad Ecclesiastam pollutam.
7. Ad Ecclesiastam dirutam, seu destruētam extenditur, modo non sit diruta auctoritate Episcopi, aut sine ipso redescrivit.
8. Extenditur quod totam fabricam Ecclesiastis.
9. Confugiens ad portas Ecclesiastis clausa immunitate gaudet.
10. Extenditur ad Claustrum, porticum, ambitum, dormitorium.
11. Non solam ad Ecclesiastam, sed etiam ad illius confines extenditur immunitas.
12. Quaque ratione hic confines intelligendi sunt.
13. Limitandas est hæc doctrina, ut procedas in Ecclesiastis, qui sunt extra muros, non intra.
14. Item ut procedat de eo, qui iam ad Ecclesiastam confugit.
15. Hoc priuilegium 30. passus de iure communi intelligendum est. Secus de consuetudine.
16. Extenditur immunitas ad cemeterium Ecclesiastis.
17. Item ad hospitale auctoritate Episcopi erexit.
18. Item ad domus, seu conuentus religiosorum, secundum totum illud quod septum est.
19. Item ad oratorium extenditur, si auctoritate Episcopi erexit.
20. Domus Episcopi hæc gaudet immunitate, modo non distet ab Ecclesia 40. passus.